Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodvs Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

Parisiis, 1644

De disputatione Iudeai & Christiani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15473

Visual Library

viſi ſunt a plurimis crebro ſenſibiliter in ſpecie propriorum corporum ſuorum, (viſi ſunt autem ab his, quibus aperuit Deus oculos) & loco circumſcripti monſtrantur, cum non ſint omnino incorporei, ſicut diuina natura. Nos ergo non vt deos, ſed vt creaturas ſpirituales, & miniſtros Dei, & non vt proprie incorporeos exiſtentes, pingentes & honorantes angelos, non peccamus. Quod vero in humana eos forma depingamus, eo factum eſt, quod frequenter ſic apparuerint his, ad quos miſſi ſunt a ſolo Deo.

Taraſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Auribus percipiamus dictum patris, quia ibi quidem Samaritæ imagines Domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti & intemeratæ matris eius ſubuerterunt, hic autem pagani, vt didicimus. Oſtendit vero pater, quod & angelos oporteat pingi, quoniam circumſcripti ſunt, & veluti homines apparuerunt multis.

Sancta Synodus dixit: Etiam domine.

Stephanus monachus legit.

De diſputatione Iudæi & Chriſtiani.

Iudæus dicit: Credidi ad omnia, & credo crucifixo Ieſu Chriſto, quia eſt Filius Dei viui. Scandalizor autem in vos, Chriſtiani, quia imagines adoratis. Scriptura quippe vbique præcipit, non facere ſibi quemquam ſculptile vel omnem ſimilitudinem. Chriſtianus dixit: Deum recentem præcipiunt te non adorare ſcripturæ, & omnem ſimilitudinem non adorare vt

νάκις τῷ εἴδει τῶν οἰκείων αὐτῶν σωμάτων ὤφθησαν δὲ ὑφ' ὧν ἤνοιξεν ὁ θεὸς τοὺς ὀφθαλμούς· καὶ τόπῳ περιγραφόμενοι, δείκνυνται μὴ ὄντες πάντη ἀσώματοι, ὡς ἡ θεία φύσις. ἡμεῖς οὖν οὐχ ὡς θεοὺς, ἀλλ' ὡς κτίσματα νοερὰ, καὶ λειτουργοὺς θεοῦ, καὶ μὴ κυρίως ὄντας ἀσωμάτους, οὐχ ἁμαρτάνομεν γράφοντες τοὺς ἀγγέλους, καὶ τιμῶντες. τὸ δὲ ἀνθρωποειδεῖς γράφειν αὐτοὺς, ἐκ τοῦ κατὰ συνέχειαν οὕτως αὐτοὺς ὀφθῆναι τοῖς ἐφ' οὓς ἀπεστάλησαν ὑπὸ τοῦ μόνου θεοῦ, γεγένηται.

Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπεν· ἐνωτισώμεθα τὸ ῥητὸν τοῦ πατρὸς, ὅτι ἐκεῖ μὲν Σαμαρεῖται τὰς εἰκόνας τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν καὶ τῆς ἀχράντου μητρὸς κατέστρεψαν, ἐνταῦθα δὲ Ἕλληνες, ὡς μεμαθήκαμεν. ἀπέδειξε δὲ ὁ πατὴρ, ὅτι καὶ τοὺς ἀγγέλους δεῖ γράφεσθαι, ἐπειδὴ περιγραπτοί εἰσι, καὶ ὡς ἄνθρωποι ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς.

Η ἁγία σύνοδος εἶπε· ναὶ δέσποτα.

Στέφανος μοναχὸς ἀνέγνω.

Εκ τῆς διαλέξεως Ιουδαίου καὶ Χριστιανοῦ.

Ο Ιουδαῖος λέγει· ἐπείσθην εἰς πάντα, καὶ πιστεύω τῷ ἐσταυρωμένῳ Ιησοῦ Χριστῷ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. σκανδαλίζομαι δὲ εἰς ὑμᾶς ὦ Χριστιανοὶ, ὅτι ταῖς εἰκόσι προσκυνεῖτε. ἡ γραφὴ γὰρ πάντως παραγγέλλει μὴ ποιεῖν ἑαυτοῖς γλυπτὸν, ἢ πᾶν ὁμοίωμα. ὁ Χριστιανὸς ἔφη· θεῷ προσφάτῳ παραγγέλλουσί σε μὴ προσκυνεῖν αἱ γραφαὶ, καὶ πᾶσαν ὁμοίωσιν μὴ προσκυνεῖν

ὡς

ANNO CHRISTI 787.

ὡς θεόν. αἱ γὰρ εἰκόνες ἃς θεωρεῖς, πρὸς ὑπόμνησιν τῆς φιλανθρώπου σωτηρίας γράφονται τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ σημαίνουσαι τὸ πρόσωπον· αἱ δὲ τῶν ἁγίων εἰκόνες ὡσαύτως ἑκάστου αὐτῶν τοὺς ἀγῶνας σημαίνουσαι τοὺς κατὰ τοῦ διαβόλου, καὶ τὰς νίκας αὐτῶν καὶ τοὺς στεφάνους. οὐ γὰρ, ὡς σὺ νοεῖς, θεοποιοῦντες αὐτὰς προσκυνοῦσιν οἱ Χριστιανοὶ, ἀλλὰ ζήλῳ πυρούμενοι καὶ πίστει τὰς τῶν ἁγίων θεωροῦσιν εἰκόνας, μνήμην φέροντες τῆς τούτων θεοσεβείας. καὶ προσκυνοῦντες τὸν τῶν ἁγίων ἐπικαλοῦνται θεὸν, λέγοντες· εὐλογητὸς εἶ ὁ θεὸς τοῦδε τοῦ ἁγίου καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ὁ δοὺς αὐτοῖς ὑπομονὴν, καὶ ἀξιῶν τῆς σῆς βασιλείας· μετόχους ἡμᾶς ποίησον αὐτῶν, καὶ εὐχαῖς αὐτῶν διάσωσον ἡμᾶς. τὴν δὲ τοῦ σωτῆρος εἰκόνα θεωροῦντες καὶ προσκυνοῦντες, πνευματικοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ καρδίας ὄμμασι θεῷ τῷ τῶν ὅλων δεσπότῃ εὐχαριστοῦμεν, τῷ καταδεξαμένῳ ἐν μορφῇ δούλου τὸν ἄνθρωπον λαβεῖν, καὶ σῶσαι τὸν κόσμον, καὶ ὁμοιωθῆναι ἡμῖν χωρὶς πάσης ἁμαρτίας κατὰ πάντα. οὐκοῦν τῇ ξυλίνῃ εἰκόνι ἢ τῇ γραφίδι προσκυνοῦμεν ἢ σεβόμεθα, ἀλλὰ τὸν τῶν ὅλων δεσπότην Χριστὸν τὸν θεὸν δοξολογοῦμεν. πλὴν ἀδελφὲ δείξω σοι, ὅτι καὶ Μωσῆς ὁ ταῦτά σοι νομοθετήσας ἐκελεύσθη, καθὼς γέγραπται, καὶ γλυπτὰ δύο σεραφὶμ ἐποίησεν ἐπάνω ἱπτάμενα τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, ἔνθα οὐκ ἐξὸν ἦν τινὶ εἰσπορεύεσθαι, εἰ μὴ μόνῳ τῷ ἀρχιερεῖ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων θυμιᾶν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ὄφιν τὸν χαλκοῦν χαλκούργημα

Deum. Imagines vero quas vides, ad recordationem benigniſſimæ ſalutis pinguntur, per ſaluatorem noſtrũ Ieſum Chriſtum effectæ, incarnationis eius perſonam ſignificantes: ſanctorum autem imagines ſimiliter vniuſcuiuſque ipſorum ſignant agones, quos aduerſus diabolum habuerunt, & victorias eorum atque coronas. Non autem, vt tu intelligis, deificantes eas Chriſtiani adorant, ſed zelo feruentes & fide, ſanctorum contemplantur imagines, memoriam ferentes horum Dei cultus: & adorantes, ſanctorum inuocant Deum, dicentes: Benedictus es Deus huius ſancti ac omnium ſanctorum, qui dediſti eis patientiam, & dignos illos feciſti regno tuo: nos quoque participes eorum conſtitue, atque orationibus eorum ſaluos nos fac. Atvero ſaluatoris iconam contemplantes & adorantes, ſpiritualibus oculis & cordis viſibus Deo cunctorum Domino gratias agimus, qui dignatus eſt in forma ſerui hominem ſuſcipere, & ſaluare mundum, & ſimilis nobis effici per omnia abſque omni peccato. Ergo non ligneam imaginem vel picturam adoramus aut colimus, ſed omnium Dominum Chriſtum Deum glorificamus. Verumtamen, frater, oſtendam tibi, quia & Moyſes, qui hæc tibi in lege dedit, iuſſus eſt, ſicut ſcriptum eſt, & ſculptiles duos ſeraphim fecit, ſupra tabernaculum teſtimonii expanſos hinc & inde: quo non licebat cuipiam ingredi, niſi ſoli pontifici ſemel in anno, & incenſum offerre in ſancta ſanctorum. Similiter autem & ſerpentem æneum opus æris fuſile

Exod. 25. & 37.

condens, & ſuſpendens in medio caſtrorum, dicebat: Quicumque morſus fuerit a ſerpente, intueatur æneum ſerpentem
Num. 21.
iſtum, & credat, quia ſerpens iſte potens eſt ſanare illum, & ſanabitur. Vides quomodo ille Moyſes, qui præcepit ſimilitudinem non faciendam, ſimilitudinem fecit?

Ioannes reuerendiſſimus monachus, preſbyter ac vicarius orientalium pontificum, dixit: Ecce manifeſte ſacratiſſimi patres noſtri, negantes incarnatam diſpenſationem Chriſti Dei noſtri, dicunt * proiiciendas eſſe ſanctas imagines, Hebræi ſcilicet & Samaritæ. Itaque qui abiiciunt eas, iſtis ſimiles ſunt.

* Gr. proiecisse

Sancta Synodus dixit: Similes ſunt.

Epiphanius Deo amabilis diaconus, & locum retinens Thomæ epiſcopi Sardiniæ, legit.

Ex falſis ſuperſcriptionibus itinerariorum ſanctorum apoſtolorum.

Pictor ergo prima die lineamentis eo deſignato quieuit. Poſtera vero die etiam coloribus illum permiſcuit, & Lycomedi gaudenti iconam dedit: quam & ponens in cubiculo ſuo coronauit. Quod cum poſtea cognouiſſet Ioannes, dixit ei: Diligende mihi fili, quid agis a balneo * ingreſſus in cubiculum tuum ſolus? nonne ego tecum & cum reliquis fratribus oro? an nos celas? Et hæc dicens & ludens, cum eo ingreditur cubiculum, & videt iconam coronatam ſenioris, & appoſitas lucernas. & accerſito & vocato eo, dixit:

* ingrediēs

χαλκοῦν τὸν δημιουργήσας, καὶ κρεμάσας μέσον τῆς παρεμβολῆς, ἔλεγεν· ὅς ἂν δηχθῇ ὑπὸ ὄφεως, ἀτενιζέτω τῷ χαλκῷ ὄφει τούτῳ, καὶ πιστευέτω, ὅτι ὁ ὄφις οὗτος δυνατὸς ἰάσασθαι αὐτὸν, καὶ ἰαθήσεται. ὁρᾷς, πῶς ὁ παραγγέλλων Μωσῆς ὁμοίωμα μὴ ποιῆσαι, ὁμοίωμα ἐποίησεν;

Ἰωάννης ὁ εὐλαβέστατος μοναχὸς, πρεσβύτερος καὶ τοποτηρητὴς τῶν ἀνατολικῶν ἀρχιερέων, εἶπεν· ἰδοὺ προφανῶς οἱ ἱερώτατοι ἡμῶν πατέρες τοὺς ἀρνουμένους τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν λέγουσιν ἀποβαλέσθαι τὰς ἁγίας εἰκόνας, Ἑβραίους φαμὲν καὶ Σαμαρείτας. ὥστε οἱ ἀποβαλλόμενοι αὐτὰς, τούτοις ὅμοιοι εἰσίν.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· ὅμοιοι εἰσίν.

Ἐπιφάνιος διάκονος, καὶ τὸν τόπον ἐπέχων Θωμᾶ ἐπισκόπου Σαρδινίας, ἀνέγνω.

Ἐκ τῶν ψευδεπιγράφων περιόδων τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

Ὁ οὖν ζωγράφος τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ σκιαγραφήσας αὐτὸν, ἀπηλλάγη. τῇ δὲ ἑξῆς καὶ τοῖς χρώμασιν αὐτὸν κατεκέρασε, καὶ οὕτως τῷ Λυκομήδει χαίροντι τὴν εἰκόνα ἀπέδωκεν. ἣν ἀναθεὶς εἰς τὸν ἑαυτοῦ κοιτῶνα, ἔστεφεν· ὡς ὕστερον γνόντα τὸν Ἰωάννην εἰπεῖν αὐτῷ· ἀγαπητόν μου τέκνον, τί διαπράττῃ ἀπὸ βαλανείου εἰσερχόμενος εἰς τὸν κοιτῶνά σου μόνος; οὐχὶ σὺν σοὶ ἐγὼ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀδελφοῖς εὔχομαι; ἢ ἡμᾶς κρύπτεις; καὶ ταῦτα λέγων καὶ παίζων, μετ᾽ αὐτοῦ εἴσεισιν εἰς τὸν κοιτῶνα καὶ ὁρᾷ εἰκόνα περιεστεμμένην πρεσβύτου, καὶ παρακειμένους λύχνους, καὶ βωμοὺς ἔμπροσθεν. καὶ φωνήσας αὐτὸν εἶπε·